

2241

A S C E T I C I.

2242

quae eis e *Lambecii* L. II. p. 802. innotuerat. At en Partes duas, quas *Leonardus* ipse in *Indice Parti II.* subiecto ita distinguit, ut a Thecae colore *Partem I. libellum nigrum*, II. vero *libellum rubeum* adpellarit. Varia in utroque spuria et frivola esse, vix est, quod moneam. *Leonardum de Vienna* et *de Valle Brixinensi* eundem esse, jam ad Cod. CCCXLIII. monui.

DLXXXVIII.

188 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 119. f. varia a variis descripta continens Opuscula pertinuit olim ad hujatem Conventum FF. Praedicatorum; Ita enim ad marginem inferum fol. 3. legitur: *Iste liber est conuentus Wien. in Austria ordinis praedicatorum A. domini 1462. ligatus et de cella fratris Leonardi deputatus ad catenacionem. Primum, quod occurrit, est: Inquisicio Qualia danda sint consilia in tempore hoc. anno videlicet 1462 super placando diuinam maiestatem, quatenus vniuersitas fidelium tocius domus Austriae liberetur a calamitatibus &c.* Constat *Epistolis III.* inscriptis: *Sacri Furis canonici ac arcium liberalium professori perspicacissimo Reuerendo in christo Patri. domino Johanni de Oetting seu Oeding Alme ecclesie Faurien. preposito, nec non et reuerendissimi domini ordinarij nostri Patavien. in spiritalibus iurisdictionibus vicario seu of-*

ficiali per austriam, Autore supra dicto *Fratre Leonardo de N. conuentus wien. ordinis praedicatorum*, ut ex initio *Epistolae II.* liquet. *Prima Capitibus XIV.* definitur, urgetque vitae et morum emendationem in populo, majoremque Cleri in sacris muneribus vigilantiam et fervorem. Data est *Anno domini 1462. In die circumcissionis.* Reliquae duae breues sunt, idemque tractant argumentum. *Calamitates* in Titulo memoratae turbas eo tempore inter *Fridericum* Imp. fratrem ejus *Albertum*, et *Austriae* Proceres motas notant, de quibus Historici domestici passim, in quibus *Marcus Hansfzius Germ. Sacrae T. I. p. 572.* et Opusculi nostri meminit. De Autore *Leonardo de Valle Brixinensi* plura ad *Codd.* praeced. duos, et CCCXLIII.

II. fol. 3. sequitur *Dialogus* inter *Catholicum* et *Haereticum Patarenum*, qui absque Titulo incipit: *Vergente ad occiduum mundo et instantibus periculosis temporibus &c.* et finit: *Stulti, solus christus est hostium per quod intratur ad regnum celorum, ad quod &c.* Editus est ab *Edm. Martenio T. V. Thes. novi Anecd. col. 1703.* sed nobis subiecta est anathematis formula hoc initio: *Excommunicamus et anathematizamus vniuersos hereticos Catharos Patarenos Pauperes de Lugduno &c.* quam illius Codices non exhibebant, quaeque sumpta est ex *V. Decret. tit. 7. c. 15.*

III.

2243

C O D I C E S

2244

III. fol. 6. *Compilatio Magistri thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum. Incipit: Imprimis ergo vos scire oportet, quod tota fides nostra circa diuinitatem et humanitatem christi versatur &c.* Est Pars prior Opusculi de *Articulis Fidei et Ecclesiae Sacramentis*, omisso tamen *Prooemio*, extatque post alias editiones inter *Opera Thomae Romae T. XVII. 1570. numero 5. p. 61. f.*

IV. fol. 7. *Tractatus de begbardis*, cujus initium: *Begbardi*

Quid modo sincerum, iam regnat abusio rerum.

Supprimitur verum, iam preualet ars mulierum &c.

VI. fol. 9. *Brevis Instructio pro sacris Oratoribus*, quae incipit: *Ut ornate loqui scias et deuote cum predicas*, nota 4^{or} ver-

Contendo repeto dubito contrarius addo.

VII. fol. 10. p. 2. *Disputatio Iudaeorum et S. Athanasij. Verius Anastasij non quidem Sinaitae, sed Abbatis S. Euthymii in Palaestina*, ut censet *Henr. Canisius*, qui eam *T. III. Antiq. Lect. ex Franc. Turriani* versione inseruit, unde in *Bibl. PP. migravit*, legiturque *Lugdun. T. XIII. p. 333.* Quod autem Codex noster exhibet, lacinia tantum est in *Dialogi* formam redacta hoc initio: *Paschalis de Roma hoc opusculum disputationis iudeorum contra sanctum anastasium ad honorem venerabilis patriarche Grandensis (Gradensis, Henrici Dan-*

qui seipfos nominant fratres de altissima paupertate, dicunt et affirmant se imitari vestigia christi &c. Est simplex *Errorum Catalogus*, quorum *XXVII.* censentur, similis illi, quem *Guido de Perpiniano Carmelit.* exhibet in *Summa de Haeresibus* edit. Ascenf. 1528. fol. 108. f.

V. fol. 8. *Versus leonini de temporum iniquitate, et praecipue contra vitia Mulierum.* Initium est:

ius in quibus comprehenduntur 20. colores rethorici et eorundem breuis expositio. Versus I. est:

duli?) fideliter ac deuote transtulit Anno domini M^o. C^o. LXXIII^o. Interrogauit iudeus, cum deus precepit ligna non esse adoranda &c. Atqui haec interrogatio sexta demum Opusculi impressi columna occurrit. Finis praeterea noster ab impressis penitus abludit; nam post *Zachariae* testimonium de *confixione Domini* dicuntur *Judaei* erubuisse, discessisse dicentes: *Adonay erramus, deuicti sumus &c.* ubi *Impressa* ultra 21. columnas excurrunt.

VIII. fol. 12. rursus *hiulci* versus, praecipue contra *Mulieres*, quorum initium:

Qui

2245

A S C E T I C I.

2246

*Qui sua disponunt sine consilio fatui sunt.
Invitus verba sapiens profundit acerba &c.*

IX. fol. 13. Libellus de varia quarundam dictionum significatione ordine Alphabeti procedens hoc initio: *Quia scire distinguere sophistarum ampullas reprimat, scripturarum nubem eliminat &c.* Primae dictiones expositae sunt: *A. Ab. Absolutum. Abire. Acies &c.* Ultima *Zelus*. Sed fol. 25. rursus a voce *Abissus* incipitur, definiturque in expositione *Terminorum Philosophiae Aristotelicae*.

X. fol. 46. Formulae scribendarum *Epistolarum* levis momenti.

XI. fol. 50. *Incipit modus legendi in decreto decretalibus et legibus*, similis illi, qui sub initia Typographiae multoties excusus est sub titulo: *Modus legendi Abbreuiaturas in utroque Jure, et Tituli legales*.

XII. fol. 75. Excerpta Theologica et Juridica ex variis, puta *Decreto Gratiani, Regulis Juris Bonifacii VIII. Lecturis in Sententias Nic. de Dinkelspühl, Summa Johannis, Alexandro de Hallis (Alensi) Vincentio Bellovac. &c.*

XIII. fol. 87. *Incipit Lectura super Arboribus consanguinitatis et affinitatis Johannis Andree doctoris in Jure canonico peritissimi, et in ora suprema folii: Istum librum scripsit Johannes de weyda studens secularis Vniuersitatis Wyennen. Anno domini M^o CCCCXLVII. qui fortassis Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

et autor hujus in notissimum *Job. Andreae Tractatum Commentarii* fuit. Orditur vero: *In nomine patris et filii &c.* — *Ex mandato et dispositione venerabilis et eximii patris et domini, domini Johannis polcz (recte in margine emendatum Poltzmacher) huius preclare facultatis sacri iuris canonici ordinarii et professoris peritissimi, domini et patris mei semper uenerandi habeo legere et declarare arbores consanguinitatis et affinitatis &c.* *Johannes Polzmacher* anno supra dicto septimum Decanatu Juris fungebatur et jam 1438. Academiae *Vindob.* fascis gesserat. Ad oram imae folii rubro legitur: *Istam lecturam super arboribus consanguinitatis et affinitatis Johannis Andree comparauit magister beinricus Roitstock ordinis predicatorum de Colonia natus, filius natiuus conuentus Coloniensis. dicti ordinis Et vicarius Reuerendi prouincialis prouincie theutonie petri Wellen et sacre Theologie professoris eximij super austriam styream et corintheam Anno domini M^o CCCCXLVII in quadragesima post festum Anunciacionis beate Virginis.*

DLXXXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. 350
XV. Folior. 317. f. per duas columnas exaratus rubricisque distinctus hoc titulo gaudet: *Prima pars libri qui vocatur gnotositos*
U u u